



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. XVII. Catalogus monasteriorum ordinis S. Guilielmi in Francia, ac
Gallia Belgica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

nominat Theodosium Consulē, matrē verò Aldatiam; deceptus, nisi fallor, lectione Petri de Natalibus, qui in catalogo Sanctorum, nescio quem alium S. Guilielmum de Desertis, Aquitaniæ pariter Ducem, Carolo Magno, eiusque filio Ludouico Pio familiarem facit, Theodosio & Aldatia genitum.

Ordinis item sui nimio amore abrepti videntur fuisse, Iacobus Bergomensis, Onuphrius Panuinius, & cū ijs Iacobus Bergomensis, & alij qui ordinem Guilielmitarum regulæ Augustinianæ subijciunt, cū Benedictinæ illum esse subiectum constet ex variorum Pontificum diplomatibus supra commemoratis.

CAPVT XVII.

*Catalogus monasteriorum Ord. S. Guilielmi
per Prouinciam Francia seu
Gallia Belgica, quem Beuerense
in Monasterio exscripsimus.*

PORTA cæli, extra Siluam-ducis inchoata est an. 1245. aut circiter. Hodie monachi intra urbem habitant, & vulgo Baselduncani nuncupantur.

Domus de VVassina iuxta Bieryleit inchoata

ta anno 1249. quæ pòst submersa cū plurimis pagis an. 1376. translata est Brugas 1430. & *Vallis S. Antonij* dicta. Fundatrix in Biervliet fuit Margarita Flandriæ Comitissa.

Domus de *Barnaphaj*, in Arduenna silua, inchoata an. 1249.

Domus *Frattrum Mariæ* dicta, anno eodem 1249. inchoata.

Domus Paradisi iuxta Duram, ditionis Iuliacensis opidum, inchoata anno eodem 1249.

Domus de *Vallencuria* inchoata an. 1255. in Comitatu Namurcensi.

Domus de *Noua terra* an. 1291. inchoata, pòst bellis destructa, in Oudzeele translata est an. 1457. deinde in Peere an. 1498. & intitulatur *Nazareth*.

Domus *Montis Rubei* extra Parisios fundata anno 1266. pòst translata est Parisios 1297. in locū Alborum, vt vocant, mantellorum.

Domus *S. Vrsuari* extra Alosum Flandriæ opidū inchoata 1268. postea per bella destructa, in opidum translata est an. 1380.

Domus *S. Catharina*, extra Niuellam Brabantia opidum, inchoata an. 1270.

Domus de *Hubergis*, iuxta Bergas ad Zomam in Brabantia, inchoata an. 1277.

Domus de *Motta* extra Leodium, inchoata 1280.

Domus *Paludis Comitis* inchoata 1281.

Domus

Domus SS. *Trinitatis*, in Beueris VVasiana-
ditionis municipio, secundo ab Antuerpia
milliari, inchoata anno 1459. Hactenus ex
Catalogo Beuerensi

Habuerunt olim Guilielmitæ varia quo-
que monasteria per Germaniam, vt Argento-
rari, & in diœcesi Constantiensi, Spirensi, &
alijs.

*De Baselduncano apud Siluiducenses
monasterio in Braban-
tia.*

Guilielmitas suos vulgus Siluiducense nū-
cupat *Baselduncanos*, à prædio suburba-
no, in quo monasterium eorum primùm ste-
tit. Quod cum bello Geldrogallico, tem-
poribus Martini Rossemij, vastatum esset,
inde ad urbem ipsam commigrarunt, in qua
spatiosum hodie cœnobium possident.

Parisiense monasterium.

Fuit id olim cœnobium ordinis Seruorum
B. Mariæ, qui sub regula S. Augustini mi-
litantes ex diœcesi Massiliensi Lutetiam ve-
nerant, & eo loci anno 128. capellam cum
cœmiterio extruxerant. Ordine isto abro-
gato in Synodo Lugdunensi, quæ sub Gre-
gorio X. est habita, dictum Seruitarum cœ-
nobium à Bonifacio VIII. anno 1297. datum
est

est Guillelmitis, qui ex Monte Rubeo, Parisiorum nunc vico, sedem eò mox transtulerunt, Philippo Pulchro Rege Galliarum approbante anno 1298. vt tradit Sampson Harius libro citato. Monasterio nomen mansit Alborum Mantellorum, à Seruitis, illius olim loci incolis, qui albis penulis vti solebant. In monte Rubeo hodieque exstat sepulcrum Renerij, qui cum esset Prior Generalis Guillelmitarum, hanc nouam in vrbe Parisiensi sedem procurauit, & anno 1298. obiit.

Brugense monasterium, cui nomen Vallis S. Antonij.

STetit hoc monasterium primò in VVastina, apud Biervlitum Flãdrię opidum: quod cum fluctus Oceani anno 1376. aut 1377. obruissent, VVastinenses religiosi tandem Brugensi in vrbe locum ædificando monasterio obtinuerunt. De huius monasterij origine, ac translatione ita scriptum in codice quodam reperi: Anno Domini CIO. CC. XLII. *Catalogus Beuefundatus & dotatus est per Margaritam Comitissam Flandria.* *rens habet anno*

1249.
Idem conuentus submergitur cum XVII. parochijs anno 1377.

Anno 1429. à Georgio Gremme, ciue Brugensi locus Brugensis domus donatur, & anno sequenti Capella

*Capella vetus cum quattuor altaribus consecrata
dedicaturque.*

*Alostanium S. Vrsuarii monasterium,
in Flandria.*

SANCTUM Vrsuarum Episcopum & Abbatem Laubiensem, Aldenburgi & vicino in tractu Flandriæ Euangelium prædicasse, constat ex vitæ eius historiâ, ab Ansone Abbate Laubiensi primùm conscriptâ, atque à Ratherio Veronensi Episcopo postmodum emendata. Eam Laurentius Surius edidit, non tamen integram, utpote qui istam S. Vrsuarii in Flandria prædicationem omisit. Nos eam prorsus integram ex Laubiensi monasterio, opera Huberti Dubraij, Præpositi Affligeniensis accepimus, & in Auctario Suriano, Deo adiuuante, euulgandam curabimus.

Tradunt porrò S. Vrsuarum haud longè ab Alosto tugurium habuisse, quod in monasterium, ut verisimile est, Benedictinorum postea excreuit. Sed à Normannis Bellicam vastantibus exustum diu iacuit.

Pòst instauratum & monachis Ordinis S. Guilielmi est traditum; quod intra opidi mœnia situm ipsi hodieque possident.

De his rebus sic Arnoldus Mermannius Alostanus, in Theatro cõuersionis gentium totius Orbis: *Alostani Comitatus, ditissimus agri (habet enim sub se ciuitates tres, pagos vastissimi*

mos opulentissimosque CLXXII. adeoque ipsi
Cameraco iura dicit, alioqui Imperiali & libera
ciuitati, imò quam sibi hoc tantum titulo asseruit
Carolus Quintus Augustus, quòd Alosto principaretur
(Euangelij præconem, cum primis S. Amandum,
deinde eius in fide alumnus S. Vrsmarum habuit,
anno & quod excurrit I. D. CLXVIII. Iustiniano
Imperatore, Leone III. Pontifice Maximo. Habebat
sacram casulam, & tugurium ad mœnia S. Vrsma-
rus, ubi postea cœnobium S. Vrsmarum initio, deinde
S. Guilielmi est nuncupatum: id quod à Normānis
item exustum dirutumque fuit, & intra muros de-
mum transpositum: vt in archiuis eius cœnobij me
legere memini. Hactenus Mermannius.

CAPVT XVIII.

*De loco obitus, & Reliquijs sancti
Guilielmi.*

Objt S. Guilielmus in Stabulo Rhodis,
quod hodie *Malauallis*, in ditione Senensi,
nūcupatur. Quo in loco exstat hodieque; vetus
Basilica ac monasterium, ibique venerabile
sepulcrum ostenditur, in quo sacrum eius
corpus conditum fuit. Pars autē corporis eius
postmodū translata est Castellionē, quod opi-
dū tribus inde milliaribus distat, ibique in
Basilica Sancti Ioannis Baptistæ reuerenter
adseruatur. Est verò hodieque in Stabulo
Rhodis monasterium insigne fratrum Augusti-
nianorum, vt Baronius testatur in Notis ad
Mar-

Mar-